

## España. Real Audiencia de Barcelona

**Die quinta mensis martii anni millesimi  
sexcentesimi quarti visa in primis supplicatione  
oblata per Gasparem Berenguer passamaneirum  
ciuem Barcinonae uti Syndicum Confratriae  
passamaniorum ... qua suplicat causam  
empar[a]e imposite ad instantiam Syndici  
Confratiaer passamaniorum ...**

[Barcelona? : s.n., 1604].

Vol. encuadernado con 26 obras

Signatura: FEV-AV-M-04356 (09)

La obra reproducida forma parte de la colección de la Biblioteca del Banco de España y ha sido escaneada dentro de su proyecto de digitalización

<http://www.bde.es/bde/es/secciones/servicios/Profesionales/Biblioteca/Biblioteca.html>

Aviso legal

*Se permite la utilización total o parcial de esta copia digital para fines sin ánimo de lucro siempre y cuando se cite la fuente*



**D**IE quinta mensis Martij anni millesimi sexcentesimi quarti visa in primis supplicatione oblata per Gasparem Berenguer passamanerium Ciuem Barcinonæ uti Syndicum Confrariæ passamaniorum , & perxeriorum præsentis Ciuitatis Barcinonæ die duodecima Nouembris millesimo quingentesimo nonagesimo nono , qua supplicat causam empare impositæ ad instantiam Syndici Confrariæ Sancti Iuliani dictæ Ciuitatis Regio sigillo imponendo priuilegijs , & gratijs per suam Magistratem concessis dictæ Confrariæ passamaniorum , & perxeriorum , in consistorio verbali Reuerendi Cacellarij , seu Magnifici Regentis Cancelleriam vertentem ad Regiam Audientiam euocari illamque committi mandare alicui Magnifico Regio Cōfiliario qui partibus iustitiam ministraret pro ut in dicta supplicatione ad quam fit relatio continetur . Visa euocatione dictæ causæ ad eandem Regiam Audientiam , & commissione illius facta Magnifico Hieronymo Senjust V. I. & dictæ R. A. D. Relatori subscripto , & prouisione per ipsum in calce dictæ supplicationis facta cum intima illius . Visa supplicatione per Michaelm Vilamayor , & Augustinū Font Syndicos dictæ Confrariæ passamaniorum , & perxeriorum oblata vigesima secunda Nouembris millesimo quingentesimo nonagesimo nono , quam effectus supplicant causam huiusmodi attenta eius qualitate sumarie , & percompareant partes tractari ut in illa ad quam fit relatio continetur . Visa prouisione die vigesima tercia prædictorum mensis , & anni facto verbo in R. A. pet dictū Relatorem facta , qua fuit prouisum quod compareant partes

A

in

in domo eiusdem Relatoris die Iouis tunc proxime vētura ho-  
ra secunda post meridiem cum eorum aduocatis, vel sine. Vi-  
sa comparitione per dictas partes die vigesima quinta Nouem-  
bris millesimo quingentesimo nonagesimo nono facta, in qua  
dictus Antonius Rubinat Syndicus Confratriæ S. Iuliani per  
organum Raphaelis Rubi, & de Scoll illius patroni in effectu  
petijt prætensum Regium priuilegium per præfatam Regiam  
Magestatem dictæ Confratriæ perxeriorum, & passamanerio-  
rū concessum (cuius sigillo fuit ad eius instantiā facta, & im-  
posita empara) tanquam surreptitie, & obreptitie obtentum nulla  
facta mentione concordiarum transactionum, & Regiarū sen-  
tentiarum inter dictas Confratrias, & Confratres factarum, &  
prolatarum nullum, & inualidum esse, nec fuisse intentionis suę  
Magestatis illud in præjudicium dictæ Confratriæ Sancti Iulia-  
ni, & illius Confratrum, ac liberi commertij totius præsentis  
Cataloniæ Principatus concedere, prouideri, & declarari. Vi-  
sa responsonē facta per dictos Michaelem Vilamayor, & Au-  
gustinum Font Syndicos dictæ Confratriæ perxeriorū, & pas-  
samaniorum, qui per organum dicti Gasparis Berenguer de-  
duxerūt optime potuisse supplicare, & obtainere à sua Magesta-  
te prædictum Regium priuilegium in fauorem dictæ Confra-  
triæ perxeriorum, & passamaniorum ex causis in dicta res-  
pōsitione large specificatis; & quia dictum Regium priuilegium  
fuit eisdem in debita forma traditum, & liberatum, de quo tūc  
in possessione existebant supplicarunt in illa manuteneri, & cō-  
seruari, & parti alteri Syndici Confratriæ Sancti Iuliani silen-  
tium imponi in sua prætensione. Visis replicis per ambas partes  
factis. Visa prouisione per dictum Relatorem facta, quod man-  
detur dictis Syndicis Confratriæ perxeriorum quatenus intra  
tres ponerent priuilegium mentionatum in posse scribzæ causæ  
concedendo partibus respectiū terminum quindecim dierum  
ad dicendum, deducendum, allegandū, & probandum quicquid  
dicere, deducere, & allegare voluerint. Viso syndicatu dicti An-  
tonij Rubinat per Confratriā, & Confratres Sancti Iuliani fir-  
mato instrumento penes Iacobum de Encontra not. pub. Bar-  
cinonæ recepto die tertia Septembribus millesimo quingentesimo  
nona.

nonagesimo octauo. Viso syndicatu dictorum Michaelis Vilat  
mayor, & Augustini Font, de quo fidem facit Petrus Fitor not.  
publicus Barcinonæ instrumento per ipsum recepto die secun-  
da Iulij millesimo quingentesimo nonagesimo nono. Visa sup-  
plicatione per dictum Antonium Robinat oblata die nona De-  
cembris millesimo quingentesimo nonagesimo nono, quam ef-  
fectu supplicat attentata per partem aliam commissa in pigno-  
rando Michaelem Menines, & Antonium Liset Confratres di-  
cta Confratriæ ex eo quod vendebant in eorum botigijs pas-  
samans spoliando dictam Confratram Sancti Juliani à posses-  
sione in qua erat ante omnia via priuilegiata attentatorum re-  
uocari pro ut in dicta supplicatione ad quam fit relatio conti-  
netur. Visis articulis per dictum Augustinum Font tam primo  
secundo, quam tertio locis oblatis in causa attentatorum, & te-  
stibus super illis ministratis, & receptis. Visa supplicatione per  
dictum Antonium Robinat die decima Decembris millesimo  
quingentesimo nonagesimo nono oblata. Visa certificatoria cu-  
stodis pignorum Barcinonæ de pignoribus à dictis Menines, &  
Liset captis per eandem Rubinat cum dicta supplicatione ex-  
hibita. Visa supplicatione per Michaelem Amat scribam man-  
dati, ac Regentem Regia sigilla in præsenti Principatu oblata  
die nona Decembris eiusdem anni. Visa empara Regio præmen-  
tionati Regij priuilegij ad instantiā Syndici dictæ Confratriæ  
Sancti Juliani facta sub die secunda Iulij millesimo quingente-  
simi nonagesimo nono, & per eundem Rubinat dicto nomine  
producta. Viso transumpto Regij priuilegij dictæ Confratriæ  
perxerorum, & passamaniorum concessi, dat. Barcinonæ die  
decima tertia Iulij millesimo quingentesimo nonagesimo no-  
no, & per dictum Augustinum Font dicto nomine producto.  
Visis articulis per dictum Rubinat oblatis die tertia Februarij  
millesimo sexcentesimo, & testibus super illis receptis. Viso ca-  
pitulo quarto ex capitulis ordinationum factarum per Consilia-  
rios Barcinonæ super institutione Confratriæ perxerorum die  
vigesima secunda Nouembris millesimo quingentesimo quin-  
to. Viso quodam capitulo posito in quadam concordia facta, &  
firmata inter Confratram Sancti Juliani ex vna, & Confratriæ

passam anteriorum Barcinonę partibus ex altera vigesima Iunij  
millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, in & cum quo  
dicti Consiliarij Barcinonę retinent sibi facultatem, & plenum  
posse interpretandi, corrigendi, & emendandi, addendi, & mu-  
tandi de & super rebus in eadem contentis dependentibusque,  
& emergentibus ex eisdem pro ut sibi bene visum fuerit. Visis  
alijs capitulis secundo videlicet, & decimo quinto ex ordina-  
tionibus factis per eosdem Consiliarios in favorem dictæ Con-  
fratriæ per xeriorum, & passamaniorum in anno millesimo  
quingentesimo octuagesimo secudo, & per dictum Font dicto  
nomine productis. Visa declaratione cuiusdam recursus inter-  
positi per Gasparem Berenguer Syndicum Confratriæ passa-  
maniorum per eosdem Consiliarios Barcinonę factæ vigesi-  
ma prima Martij millesimo quingentesimo octuagesimo quar-  
to. Viso instrumento restitutionis quarundam pignorum ad in-  
stantia Syndici dictæ Confratriæ Sancti Iuliani captarum ab  
aliquibus Confratribus Confratriæ passamaniorum vigore  
declarationis dicti recursus restitutarum die vigesima secunda  
Martij millesimo quingentesimo octuagesimo tertio in quadam causa in R.  
A. vertente inter easdem partes ad relationem Magnifici Hie-  
ronimi Planes petendo revocationem attētatorum per eundem  
Sydicum Sancti Iuliani prētensorum, & prouisione per dictū  
Relatorem facta, qua fuit prouisum instate reuocationi atten-  
tatorum locum non fuisse, nec esse eundem Rubinat in expensis  
condemnando. Viso Regio priuilegio per Serenissimum Regē  
Philippum dictę Ciuitati Barcinonę, & illius Consiliarijs cō-  
cessio super eo quod possint ordinare in Confratribus eiusdē Ci-  
uitatis dat. Dertusæ die quinta Aprilis millesimo quingentesi-  
mo sexagesimo quarto, & per dictum Font cum scedula oblata  
die decima tercia Ianuarij millesimo sexcentesimo producto.  
Viso processu Regaliæ, & prouisionis capturę per Magnificū  
Franciscum Fort iudicem Regiæ Curiæ contra Gasparem Be-  
renguer, & alios passamanerios in anno millesimo quingentesi-

-alseq

2 A

BON  
mo

mo nonagesimo secundo fact. & per dictum Rubinat cum sce-  
dula oblata die decima quinta Decembris millesimo quingen-  
tesimo nonagesimo nono producto. Viso alio processu criminai-  
li ad instantiam dicti Syndici Confratrię Sancti Iuliani contra  
eundem Gasparem Berenguer, & alios passamanerios fact. &  
per eundem Rubinat cum scedula oblata die decima septima  
Februarij millesimo sexcentesimo exhibito. Visa quadam cer-  
tificatoria recursus interpositi coram dictis Consiliarijs Barci-  
nonæ per Antonium Tolrra, & Hieronymum Carra passama-  
nerios contra Confratriam Sancti Iuliani, & per eundem Font  
cum scedula oblata duodecima Maij millesimo sexcentesimo  
producta. Visa declaratione eiusdem recursus per eosdem Con-  
siliarios Barcinonæ facta, & per dictum Rubinat dicto nomi-  
ne producta. Visa supplicatione per eundem Rubinat die sexta  
Iunij eiusdem anni oblata, & prouisione facto verbo in R. A. di-  
ctis die, & anno per eundem Relatorē facta, qua fuit prouisum  
quod pro nunc, & donec aliter sit prouisum, & sine præiudicio  
iurium, & prætensionum partium præstata prius cautione per  
Syndicum Sancti Iuliani restituantur illi pignora capta, & su-  
percedeatur in pignoramentis, & executione poenarum in præ-  
tentis Regijs priuilegijs contentarū, & quod pro his expedian-  
tur cartella opportuna ut in illa ad quam fit relatio continetur.  
Visa cautione per dictum Rubinat præstata pro recuperandis  
dictis pignoribus iuxta formam supradictæ prouisionis. Viso  
cartello custodi pignorū Barcinonæ directo. Visa fide, seu cer-  
tificatoria per Onofrium Monserrat custodem pignorum facta  
die duodecima Iunij per eundem Augustinum Font cum sce-  
dula dictis die, & anno oblata product. Viso instrumento certi-  
ficatoriæ alterius pignoramenti ad instantiam Syndici Cōfra-  
triaæ per xeriorum contra aliquos mercerios facti in anno mil-  
lesimo quingentesimo octuagesimo octauo, & per dictū Font  
cum scedula oblata die decima quinta Iunij millesimo sexcen-  
tesimo exhibito. Visa supplicatione per dictum Antonium Ro-  
binat nomine s̄æpe dicto oblata die nona Septembris eiusdem  
anni. Viso requisitionis instrumento cū dicta supplicatione per  
eundem Rubinat producto. Visa supplicatione per dictum Fōt

die nona dictorum mensis, & anni oblata. Visa prouisione per eundem Relatorem formiter in processu facta die secunda Octobris millesimo sexcentesimo. Visa supplicatione contrarij imperij, & articulis per dictum Augustinum Font dicto nomine oblatis die tertia Octobris millesimo sexcentesimo. Visa alia supplicatione per eundem Rubinat dicto die oblata, cū qua supplicauit etiam contrario imperio à dicta prouisione dicto secundo Octobris facta. Visa comissione eiusdem causæ durante absentia dicti Magnifici Hieronymi Senjust Magnifico Salvatori Fontanet die quinta supradicti mensis Octobris facta. Visis articulis per dictum Font Syndicum Confratriæ perxeriorum, & passamaniorum oblatis die decima eiusdem mensis Octobris. Viso priuilegio per Serenissimum Regem Ferdinandū Consiliarijs Barcinonæ concessso super obseruantia ordinationū factarum per eosdem Consiliarios dat. in oppido Valliane quarta Aprilis millesimo quingétesimo nono. Visa confirmatione, & ampliatione prædicti priuilegij facta per Cesaream Magistratem Caroli Quinti cum alio Regio priuilegio dato in oppido Montisoni die decima sexta Nouembris millesimo quingétesimo trigesimo septimo, & per eundem Augustinū Font exhibito. Visis alijs articulis per supradictum Rubinat nomine quo supra oblatis die undecima dicti mensis Octob. Viso quadam processu Regaliæ contra dictos perxerios, & passamanerios facte ad instantiam Syndic. dictæ Cōfratriæ S. Iuliani, & pro eius parte exhibito. Visa supplicatione per eundem Rubinat die vigesima nona Nouembris millesimo sexcentesimo oblata, & prouisione per dictum Relatorem facto verbo in R. A. facta. Visa quadam certificatoria abstracta à libris custodis pignorū, de quibusdam pignoramentis ad instantiam procerum, & Syndici perxeriorum, & passamaniorum contra Michaelē Mennines, & alios Confratres Confratriæ S. Iuliani factis, & per eundem Rubinat cum supradicta supplicatione exhibita. Visis cartellis directis Syndico, & Confratribus Confratriæ perxeriorū, & passamaniorū vigore prouisionis factæ vigesima nona dicti mensis Nouembris expeditis. Visa prouisione per dictū Relatorem formiter facta die decima quarta Martij millesimo sexcentesimo.

centesimo primo, cum quā fuit prouisum standum, & perseuerandū fore, & esse prouisus in & cum prouisione facta secundo Octobris millesimo sexcentesimo Vīsis articulis per dictū Augustinum Font in causa principali oblatis die trigesima Maij millesimo sexcentesimo primo. Vīsis articulis per dictum Antoniū Rubinat oblatis die decimo octauo Maij millesimo sexcentesimo secundo. Vīsis quā plurimis scedulis ab utraque parte oblatis. Vīlo denique toto processu, & omnibus in eo per partes respectiū deductis. Vīsque vidēdis, & attentis attendendis meritis processus attentis, & aliās insequēdo conclusionem in R. A. factam prouidet, & declarat in modum sequentē. Attento ex meritis processus constat per S. C. & R. M. domini nostri Regis supplicante Syndico Confratiæ perxerorū, & passamanerorum Ciuitatis Barcinone fuisse concessum Confratiæ prædictæ, & singularibus illius quoddā Regium privilegiū diuersa continens capitula, & inter alia unum in & cū quo fuit per dictū Syndicum petitum confirmari i decimū quintum capitulum ordinationū factarum per tunc Consiliarios, & proceres Ciuitatis Barcinonæ vigesima quarta Nouēbris anni millesimi quingentesimi octuagesimi secundi inter dictos perxerios, & passamanerios, & disponi quod de cætero nullus possit publicè, vel secrētè fabricare, vel fabricari facere, vel minutatim vendere parcas, llistas, passamans, franges, vel alias res spestantes ad officiū perxerorū quin prius indebita, & solita fama examinatus fuerit in dicto officio perxerij sub pœna sexaginta solidorū, & amissionis rei fabricatæ exequenda per proceres, vel examinatores dictæ Confratiæ, vel alicuius illorum cū interuentu alicuius Regij officialis. Constat per suā Magestatem concessum fuisse pro ut in dicto capitulo continetur, vt latius habetur in dicto Regio priuilegio dato Barcinonæ decima tercia Iulij millesimo quingentesimo nonagesimo nono ad quod habetur relatio. Constat in capitulo secundo ordinationū per dictarum factarū per tunc Consiliarios, & proceres Ciuitatis Barcinonæ vigesima quarta Nouembribus millesimo quingentesimo octuagesimo secundo fuisse ordinatum, quod dicti parxerij, & passamanerij qui antea diuersæ erant Confratiæ a cætero

tero vnit, & eiusdē essent Confratriæ sub inuocatione Assūptionis Sacratissimæ Mariæ Virginis in dicto capitulo decimo quinto fuisse statutū, quod à cetero nullus operarius officij passamanerij, vel parixerij, vel alias qui nō esset examinatus posset aliquo modo publicè, vel secrete habere officinam, siue botiga, nec posset fabricare, vel minutatim vendere franges, passamans, parxas, listas, vel aliud genus ornatū rauparum, siue de garniciones, qui seu quæ texendo fieri solent, vel possunt sub pœna sexaginta solidorum pro qualibet vice, qua dictæ ordinationi contrafactum esset. Constat instantे Syndico Confratriæ mercerorum Ciuitatis Barcinonæ sub inuocatione Sancti Iuliani secunda Iulij millesimo quingentesimo nonagesimo nono prouisione facta per Magnificum Regentem Regiam Cancelleriam fuisse appositam emparā in posse Michaelis Ioānis Amat tenentis Regia sigilla Cancellariæ Cathaloniæ quibuscunque priuilegijs impetratis, vel impetrandis per Syndicū Confratriæ passamaniorum eiusdem Ciuitatis, & consequenter per dicto Regio priuilegio Syndico Confratriæ parixerū, & eorundem passamaniorum posteā scilicet 13. Iulij millesimo quingentesimo nonagesimo nono concessio. Constat ex attestacionibus testium per dictū Syndicū Confratriæ mercerorum ministratorū, & alias dictos mercerios à longis citra temporibus fuisse, & esse in possessione vendendi prohibito franges passamans cuiuscunque generis, & consimiles res, Regiaque sententia lata referente Antonio Negrell tunc Regia Audientia Doctore inter Syndicū Confratriæ passamaniorum ex una, & Syndicū Confratriæ dictorum mercerorū ex altera quinta Decembris millesimo quingentesimo septuagesimo quinto fuisse pronuntiatum, & declaratum licere dictis mercerijs habere expositas venales omnes res cuiuscunq; generis essent pertinentes ad officium passamaniorum dum tamen si fabricatæ essent in Ciuitate Barcinonæ fabricaretur, & fieret par eos quibus liceret citra pœnæ incursum illas fabricare, si verò essent fabricatæ extra Ciuitatem Barcinonæ tunc venderetur pro talibus quales essent, & quod per Proceres dictæ Confratriæ signarentur apud dictos mercerios ad votum visorum, & exami-

913  
Incursum illas fabricare, si verò essent

nato.

natorum dicti officij passamaniorum res falsæ pro falsis, & alia secundum eorum bonitatem, taliter quod emere volentes intelligere possent qualitatem rei, quam emere intendebant ut latius in dicta Regia sententia continetur ad quam habetur res latio. Constat post unionem dictorum parxerorum, & passamaniorum in unam Confratriciam in dicto anno millesimo quingentesimo octuagesimo secundo factam fuisse in Regio Consilio criminali factas plures prouisiones contra plures parxerios, & passamaneros Ciuitatis Barcinonæ, & signanter contra Proceres dictæ Confratriciæ tanquam contra facientes dictæ Regiæ sententiæ pignorando dictos mercerios eo quia dictas res venales habebant prætendendo id fieri contra dispositionem dicti capituli decimi quinti dictarum ordinationum anni millesimi quingentesimi octuagesimi secundi dictosque perxerios, & passamaneros fuisse Regijs carceribus Ciuitatis Barcinonæ mancipatos, & pignora prædicta vigore Regiarum prouisionum fuisse dictis mercerijs prædicta cautione restituta. Constat vigesima quarta Octobris millesimo quingentesimo nonagesimo secundo fuisse in dicto Regio Consilio criminali conclusione præcedente declaratum, & mandatum Gaspari Berenguer, Bernardo Forment, & Hieronymo Lobet passamaneris, & parxeris Ciuitatem Barcinonæ, & tunc captis, & detentis in dictis Regijs carceribus ratione pignoramentorum contradictos mercerios ex causa prædicta factorum ne de cætero simili facerent pignoramenta donec per iudicem causarum ciuiliū ad quem spectaret esset super illis declaratum, eosdemque Berenguer, Forment, & Lobet fuisse traditos idonee manuleute ad requisitionem dierum donec aliter esset prouisum ad pœnam quinquaginta librarum pro quo libet depositis prius in posse Regiæ Curiæ pignoribus captis à domibus Gabriellis Xerquies, & Monserrati Domènichi merceriorum eiusdem Ciuitatis. Constat dictos parxerios, & passamaneros à tempore proxime dictæ declarationis in dicto Regio Consilio criminali factæ à dictis pignoramentis contra dictos mercerios eandem possessionem continuantes se abstinuisse donec prædictum privilegiū in dicto anno millesimo quingentesimo nonagesimo nono fuit

ilsnim

per

per dictos parxerios, & passamanerios obtentum. Ex quibus & alias constat, quod si praedicta omnia suæ Magestati narrata, & specificata fuissent per dictos parxerios, & passamanerios verò similiter sua Magestas non concessisset dictis parxerijs, & passamanerijs, vel dicto eorum Syndico confirmatione dicti capituli decimi quinti ordinationum anni millesimi quingentesimi octuagesimi secundi, & alia contra dictos mercerios in dicto priuilegio prætensa concessa in præiudiciū possessionis in qua erant dicti mercerij à longis citra temporibus minutatim vendendi res per dictas, & dictarum Regie sententiaz civilis, & prouisionum factarum in dicto Regio Consilio criminali. Hijs & alijs meritis processus attentis, & alias insequendo conclusio nem in Regia Audientia factam prouidet, & declarat non fuisse intentionis suæ Magestatis concedere capitulum in dicto priuilegio contentum, quod incipit. Item, que per quant ab tenor de les ordinacions, y prohomens fetes en lo any mil sinch cents vuytanta dos, y quinze capitol de aquelles està ordenat, & finit, Plau a sa Magestad se fassa com en dit capitol se contè, & alia in dicto priuilegio contenta, quibus prohibetur alijs quam Confratribus dictæ Confratriæ perxeriorum, & passamaniorum vendere parxas, passamans, & alia de quibus supra datur supradicta forma executio ni faciendæ aduersus contrafacentes pro pœnis in eodem priuilegio propterea in dictis quatenus concernit interesse dictorum merceriorum, & ex consequenti declarat habitis proxime dictis capitulo, & alijs quibus supra ius competens dictis mercerij ex causis praedictis fuit dispositum pro non cōcessis per inde ac si non scripta essent in dicto priuilegio quo ad interesse dictorum merceriorum, emparam prædictam colendam fore, & esse ut cum præsentit tollit priuilegio prædicto quoad cetera in suo robore permanente. Quo verò ad pignoramenta instantibus dictis passamanerijs, & perxerijs facta contra dictos mercerios post litem hanc motam quorum declaratio fuit remissa ad diffinitiū prouisione facta per Hieronymum Seniust causæ Relatorem secunda Octobris millesimo sexcentesimo, attento constat dicta pignoramenta facta fuisse post litē hanc motam, & post dictam declarationem in Regio Consilio cri-

minali

minali factam vigesima quarta Octobris millesimo quingen-  
tesimo nonagesimo secundo, & contra ius prædictum compe-  
tens dictis mercerijs. His , & alijs meritis processus attentis  
eandem insequendo conclusionem prouidet , & declarat dicta  
pignoramenta nulliter facta fuisse , & quatenus defacto fuerunt  
facta cassanda, & reuocanda fore , & esse cum omnibus inde se-  
cutis, & cum præsenti cassat, & reuocat, & neutram partem in  
expensis condemnat, sed fiat executio pro bistractis int.

*Senjust.*

Quę quidem prouisio fuit intimata, & notificata dictis die , &  
anno dicto Augustino Font Syndico Confratriæ perxerio-  
rum, & passamaniorum personaliter inter tertiam, & quartam  
horas post meridiem per dictum Laurentium Liura Regium  
portarium sic referentem.

**Portuguese** *is* **not** **the** **language** **of** **Brazil** **but** **of** **Portugal** **and** **of** **the** **Portuguese** **colonies** **in** **South** **America**.